

Statuimus etiam, quod priusquam aliquis admittatur in Collegam perpetuum, subsequens iuramentum, tactis sacrosanctis Dei Evangeliiis, præstet sub hæc verba: "Ego N. juro per hæc sancta Dei Evangelia, quod pro modulo meo Statuta et Consuetudines laudabiles hujus Collegii, in quantum me concernunt, dum ero Collega ejusdem, observabo: ita me Deus adjuvet in die ultimi judicii."

Cuilibet vero Collegæ promoti annus immediatè sequens, a tempore suæ promotionis computandus, ad participandum omnia commoda et profectus, sicut prius, conceditur, ita ut ultra annum integrum nullus sic promotus percipiat nec cameras nec communias nec aliquid de Collegii bonis, tanquam Socius, sed omnino careat jure Societatis Collegii.

Volumus tamen quod e prædictis duodecim Sociis perpetuis unus per Dominum Episcopum Lincolnensem Visitatorem Collegii nostri, pro tempore existentem, nominetur et præficiatur.

Nec jus Collegii perdat quisquam, nisi ex causis infra memoratis.

Si promotus fuerit ad aliquod Beneficium Ecclesiasticum, quod de patronatu Collegii existit; vel si aliud Beneficium Ecclesiasticum ultra valorem trecentarum librarum obtinuerit; vel si habeat certos redditus undequeque provenientes, qui duplici ratione excedant societatis suæ valorem, sicut e modulo septem annorum immediatè præcedentium computatus erit.

Volumus autem Rectorem hæc ordinatione non obligari.

Similiter jus Collegii perdat quilibet notoriè incontinent, vel aliàs quomodolibet criminosus, si iudicio Rectoris et majoris partis Sociorum incorrigibilis censeatur.

Præterea, si innotescere poterit Rectori et majori parti Sociorum, quod aliquis Sociorum alicui hæreticæ opinioni in communicatione privatâ vel publicâ malitiosè et contumaciter faverit, a Collegio nostro pro perpetuo amoveatur; si non infra sex dies post monitionem factam se Rectori submittat, correctionem humiliter subeundo.

Socii vero, qui conjugati fiant, uno anno a die matrimonii sui exacto, jus Societatis perdant.

Liceat autem Rectori, salvo officio suo, uxorem ducere.

Et quod spectat ad Ecclesias Omnium Sanctorum et Sancti Michaelis, si quando sub jurisdictione Episcopi Oxoniensis sint, liceat Capellanis uxores ducere, salvo jure Societatis suæ, sub his conditionibus; neque Collegii Officiarii nec Tutores fiant, et si in officio Capellani permanere noluerint, infra annum jus Societatis perdant.

#### CAP. III.—*De tribus Officiariis Collegii et de modo eligendi Rectorem.*

Respublica sine Rege, populus sine principe, et communitas sine capite, consideratione sanâ et morali monstra meritò dici possunt. Hinc est, quod constituimus in Collegio nostro Rectorem præesse ut caput, quem et sic vulgariter appellari volumus, cui Collegæ cæteri, discipuli et servientes honestate quâ debeant obtemperant et obediunt. Cujus electionis seu præfectionis modus talis erit.

Die limitato et præfixo per Subrectorem et Socios ad omne ultimum infra mensem post vacantiam, si in pleno termino vacaverit, si in vacatione, infra duos vel quatuor menses, congregentur Socii in Capellâ Collegii, et dicantur preces

We ordain also, that before any person is admitted as an actual Fellow, he shall take the following oath on the Holy Gospels of God: "I, N. swear by these Holy Gospels of God, that I will, to the best of my ability, keep the Statutes and laudable Customs of this College, so far as they concern me, so long as I am a Fellow of the same: so help me God in the day of judgment."

To each beneficed Fellow is allowed one year, to be computed from the time of his obtaining the benefice, to share in all advantages and profits as before; provided that no one so beneficed shall enjoy rooms or commons, or any of the emoluments of the College, as a Fellow, beyond one year, but shall be altogether deprived of the right of the Fellowship of the College.

One of the aforesaid twelve Fellows is to be nominated and appointed by the Lord Bishop of Lincoln, for the time being, the Visitor of our College.

Nor shall any one lose the rights of a member of the College saving for the causes herein-after mentioned.

If he be promoted to any Ecclesiastical Benefice in the gift of the College, or if he shall have obtained any other Ecclesiastical Benefice above the value of £300, or if he has a certain income, from whatever source, double the value of his Fellowship on an average of seven years last past.

We will that the Rector be not bound by this Ordinance.

In the same way whosoever is notoriously incontinent, or guilty of any other immorality, shall lose his right as a member of the College, if he be deemed incorrigible in the judgment of the Rector and the majority of the Fellows.

Moreover, if it become known to the Rector and the majority of the Fellows that any Fellow has maliciously and contumaciously favoured any heretical opinion in public or private, he shall be removed from our College for ever, unless within six days after being admonished he submits himself to the Rector, and humbly undergoes correction.

Fellows who are married shall, after one year from the date of their marriage, lose their right as Fellows.

The Rector, however, shall be permitted to marry without forfeiting his office.

And with regard to the Churches of All Saints and Saint Michael's, if they are ever placed under the jurisdiction of the Bishop of Oxford, the Chaplains may marry without losing their Fellowships, under these conditions; that they are not to be Officers of the College, nor Tutors, and if they resign the office of Chaplain they are to forfeit their Fellowships within a year.

#### CHAP. 3.—*Of the Three Officers of the College, and the Mode of electing the Rector.*

A state without a king, a people without a chief, and a community without a head, may, in sound and moral contemplation, be justly called deformed. We, therefore, appoint that in our College a Rector, whom we will to be commonly called by that name, shall preside as head; whom the Fellows, the Students, and the servants are, with all due observance, to hearken to and obey. Whose election or appointment shall be after the following manner:—

On a day appointed and fixed by the Sub-Rector and Fellows, within a month at latest after the happening of the vacancy, if the vacancy happen in full term, and within two or four months if it happen in vacation, the Fellows shall be assembled